Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198857-p0001-1

S6a

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198857-p0002-7

176

PIA SVSPIRIA
AD
AVGVSTVM DOCTOREM SANCTVM SPIRITVM DEVM

IPSIS FERIIS PENTECOSTALIBVS

MEDITATA ET FVSA

A

IO. MARTINO RIEDEL

ILFELDAE

CIↃ IↃ CC XXXI

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198857-p0003-2

*
* *

O SPIRITVS
qui me vocaſti
mirabili fauore
ad Chriſtianam Eccleſiam
lotum ſacra aqua , meque ſanctiorem
reddis ſubinde gratia magna TVA
vitam per omnem me foue , doce, firma
iuua precantem viribus TVIS
fidem in CHRISTVM meam
corrobora.

In rebus arctis
ſolare me iuuaque.

Si quando me facit reum
daemon, Patronus es meus; repelle
extingue tela, quae ſcelestus proiicit
ignita tela, quae ſcelestus emittit.

Incende flammam amoris in me
vt vnctionis particeps
reddi queam.

Fac vt renaſcar
magis magisque verbo
DEI et ſacro conuiuio.

Fac ne meum cor occupent doloſi
mores, fac omne cor meum ſit integrum.

Tranquillitatem da meae vagae menti
conſtantiamque: ne mihi terram
relicturo dees.

O Sancte spiritvs devs
a Patre Gnatoque exiens
Numen coaeuum cum Patre
et Gnato in vna Essentia.

Adoro te, laudo, colo
et gratias ago tibi
quod in ſacro baptismate
me consecrasti Ecclesiae.

Agoque gratias Tibi
in me quod accendis fidem
in CHRISTVM IESVM, FILIVM
DEI, et REDEMPTOREM MEVM.

Meque incolis templum tvvm
operareque in me iugiter
et me doces mysteria
diuina, et artes optimas.

O sancte spiritvs devs
habitator esse in pectore
meo esse perge, me rege
duc, et doce, et mihi consule.

Magnus Paracletus meus
in rebus asperis meis
ne desine esse, ne cadam
vera fide in iesvm mevm.

Fac ſobrie, iuste, pie
viuam, et meo fideliter
et diligenter munere
fac fungar omni tempore.

O

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198857-p0005-4

O VIVE DIGITE NVMINIS
inſcribe IESVM pectori
meo, atque teſtimonio
TVO fac vt certus ſiem

ſciamque non dubitans, EVM
IESVM eſſe iuſtitiam meam
EVMque veniſſe in plagas
mundi, redemptum quemlibet.

Originalis criminis
et actualium reum
apodixis illa ſit mea
in vltimis conflictibus.

Defende me contra igneas
mali ſagittas Daemonis
quaecumque cogito, fac haec
ſint pura, caſta, ſanctaque.

Agona ſummum quando ego
certabo, SANCTE SPIRITVS
quieſce me ſuper, et fuga
a me malignos ſpiritus.

Duc tandem in almam patriam
animam meam, in qua patria
ego TE videbo cum PATRE
et FILIO his oculis meis.

O SANCTE SPIRITVS DEVS
da pondus his ſuſpiriis
ex intimis praecordiis
quae fuſa ſunt. Amen, amen!

* *
*

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
evtl. nicht vergeben!

ULB Halle 3
002 108 178

Sb.

VD17

Ri40

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198857-p0008-1

176

PIA SVSPIRIA
AD
AVGVSTVM DOCTOREM
SANCTVM SPIRITVM
DEVM

IPSIS FERIIS PENTECOSTALIBVS

MEDITATA ET FVSA

A

IO. MARTINO RIEDEL

ILFELDAE

CIƆ IƆ CC XXXI

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198857-p0009-0